

Exo. 29. r.

Nu. 9. r.

Vestibulo testimonij: offerens in eo holocaustum et sacrificia ut dominus imperaverat. **L**abrum quoque statuit in tabernaculo testimonij et altare implet illud aqua: laueruntque in eo moyses et aaron ac filij eius manus suas et pedes cum ingrederentur tectum sederis: ac accederent ad altare: sicut precepit dominus moysi. **E**rexit et atrium per gyrum tabernaculi et altaris: ducto in introitu eius tentorio. **P**ostquam omnia perfecta sunt: operuit nubes tabernaculum testimonij: et gloria domini implevit illud. **N**ec poterat moyses ingredi tectum sederis nube operiente omnia: et maiestate domini consuscante quod circumta nubes opererat. **S**i quoniam nubes tabernaculum deserebat: perficiebatur filij israel per turmas suas. **S**i penetebat desuper: manebat in eodem loco. **N**ubes quippe domini incubabat per diem tabernaculo et ignis in nocte: videntibus cunctis populis israel per cunctas mansiones suas.

Explicit liber exodi. Incipit vaiebra idest liber leuiticus. Capitulum I

A **U**ocavit autem moysen et locutus est ei dominus de tabernaculo testimonij dicens: **L**oquere filiis israel: et dices ad eos: **H**omo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus idest: de bobus et ovibus: offerens victimas: si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armento: masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij ad placandum sibi dominum. **P**onetque super caput hostie manus et acceptabilis erit: atque in expiationem efficiens. **I**mmolabitque vitulum coram domino et offerent filij aaron sacerdotis sanguinem eius: fundentes per altaris circumitum: quod est ad ostium tabernaculi. **D**etractaque pelle hostie artus et frusta concident et subiciet in altari igne strue lignorum ante conspersionem membrorum que sunt cetera desuper ordinantes: caput videlicet et circumta que adheret iecori: intestinis et pedibus lotis aqua: adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum et suam odorem

Exo. 29. b
13. a et 4 a

ieo

domino. **S**i de pecoribus oblatio est: domibus sine de capris holocaustum: agnum anniculum et absque macula offeret: immolabitque ad latum altaris quod respicit ad aquilonem coram domino. **S**anguinem vero illius fundent super altare filij aaron per circumitum: dudentque membra: caput et omnia que adherent iecori: et imponet super ligna que subiacent est ignis. **I**n testina vero et pedes laubunt aqua: et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum et odorem suavitissimi domini. **S**i autem de avibus holocausti oblatio fuerit domino: de turturibus et pullis columbarum: offeret eam sacerdos ad altare: et retorto ad collum capite: ac rupto vulneris loco: recurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: vesiculam vero gutturis et plumas proiciet prope altare ad orientalem plagam: in loco in quo cineres effundi solent. **C**onfringetque ascellas eius: et non secabit: neque ferro dividet eam et adolebit super altare lignis igne supposito holocaustum et oblatio suavitissimi odoris domini.

Prima cum obtulerit oblationem sacrificij domino: simila erit eius oblatio. **F**undetque super eam oleum: et ponet tibus ac deferet ad filios aaron sacerdotis. **Q**uorum unus tollet pugillum plenum simile: et olei ac totius tibus: et ponet memoriale super altare in odorem suavitissimi domini. **Q**uod autem reliquum fuerit sacrificij: erit aaron et filiorum eius: sanctum scilicet de oblationibus domini. **Q**ui autem obtulerit sacrificium coctum in dibano et simila: panem: et absque fermento conspersos oleo: et lagana ac yma oleo lita: si oblatio tua fuerit de sartagine simile conspersus oleo et absque fermento: divides eam minutatim et fudes super eam oleum. **S**i autem de craticula fuerit sacrificium: equum simile oleo consperget: quam offerens domino: trades manibus sacerdotum. **Q**ui cum obtulerit eam: tollet memoriale de sacrificio: et adolebit super altare in odorem suavitatis domini. **Q**uicquid autem reliquum est: erit aaron et filiorum eius: sanctum sanctorum de oblationibus domini. **N**is oblatio que offertur domino absque fermento fiet: nec quicquam